Arbusta siccantur quotiens tua rore negato
Infundes lacrimis. cofinum quoque congeris illic
Stercoris inmundi. tunc ramis surgit opimis
Tunc faecunda dō nascendi iura superstat
Suscipe nunc dexter uitae lux aurea nostrae
Gaudia quem faciunt modicum tibi promere carmen
Cum mea uota ds̄ produxerit ordine coepto
Fulserit et docilis quem plantat dextera palmis
Debita post centum reddam tibi fortius annos
Enstatui quodcumque tibi nunc scalpere carmen
Nodoso sub iure pater. quod nexu et artis
Diuersa sub sorte modis lex proxima poenae
Usquam ne fallax nutaret syllaba dixi.

ENNODIUS FAUSTO

Si meritum meum regnator caelestis adtenderet aut exigua
bona adepiscerer aut magna supplicia et mei idoneus aestima
tor quo meritis peruenire non poteram uoto non tenderem.
sed gratias illi qui delicta nostra sic ne extollamur resecat ut spem
ad latiora perducat. domni autem dictionibus a me debentur ista
praeloquia. qui necdum ad bonam ualitudinem reductus animum
meum sollicitudinis catena laxauerat dum adhuc inter spem et me
tum anxii uota penderent. naturam respiciens inde caui et quo tonaret
eloquio iudicio quidem ista praeceperam et altricem nobilis m& alli
uenam in thensauris quos pepererat agnoscebam sed etiam in hoc pecca
tor. euenire uix credidi quod adsequi non merebar. uerum dico
teste diuina clementia si sunt aliqui in liguria qui de litterarum
possent genio et splendore iudicare uos crediderunt in illa dictione
laborasse quam aetati praeiudicans canos iam in puero sensus exco
luit. sed ista magis illis cum lacrimo gaudio dixi quos aut effusus
sanguis albo curiae caelestis adscripsit aut clara confessio qui secun
dis confirmerint primordia nostra successibus. uos famuli humilitate
et obsequio salutans opto inter quae uis dum istis animum relaxatis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0067